



ationum
spec.



פירוש התרגום יונתן
בן עוזיאל

25

H. E.

EXPLICATIO
VERSIONIS IONATHANIS B. VSIEL
AD GENES. IV. I.

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

WILHELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET WESTIPHALIAE, COMITE SAYNAE
ET WITTGENSTEINII RELIQA

AMPLISSIMAE FACVLTATIS PHILO-
SOPHICAE INDVLTV

AD D. VII. SEPT. 1739. CIO 10CC XXXIX.

PRAESIDE

IO. PETRO SCHWARZIO

PHILOS. MAG.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBICET

RESPONDENS

IO. CHRIST. WILHELMVS KESSLER


S.S. THEOL. STVD. ZIEGENRVCKA-VARISCVS

IENAE, LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.



ב"ע

§. I.



Nullum fere sacri codicis dictum
tam saepius est disputatum, quam
illud, quod Genes. IV. 1. extat,
ubi Chaua, more mulieribus con-
sueto a) rationem, cur Cainum
hoc nomine salutauerit, his uerbis declarat:
קטרו איש את יהוה Ad tria autem capita, quae
interpretes sentiunt, possumus reuocare. Qui-
dam enim affirmant, Chauam his uerbis uolu-
isse

A 2

(a) Exempli loco esse possunt Genes. XXI. 6. XXIX. 32. 33. seqq.
Obseruamus autem ad h. l. illustrationem, non semper in de-
nominacionis ratione explicite illud uerbum occurrere, ex quo
formatum est ipsum nomen. Vid. I. Sam. I. 20. Hoc plures inter-
pretum non considerantes falsè קין deduxerunt a uerbo קטר.

isse indicare, sese promissum illud semen mulieris peperisse b). Alii putant, eam haec uerba protulisse, ut se fide in futurum Messiam contra partus dolores consolaretur c). Sunt tandem, qui utrumque negant & uocem אֵן tamquam praepositionem, uariis autem modis explicant d).

§. 2.

Egrederemur limites instituti nostri, si his controuersis nos immiscere easque dirimere uellemus. Conuertamus igitur nos ad illud, quod

(b) Sententia huic addictus est B. Lutherus Commentar. ad h. l. Io. Brentius Com. ad h. l. qui extat Tom. I. oper. Polycarpus Lyserus in Theologica exposit. Genes. Salomon Gesnerus disput. 4ta in Genes. Plures dabunt Henricus Opitius in tractatu de uotiuu excl. matris Euae & Abrahamus Calouius in Bibliis illustrat. ad h. l.

(c) Inter huius sententiae defendentes nominare sufficit Seb. Schmidium, qui eam dissertat. secunda fascic. disput. Theol. Philologic. §. 23. proposuit, Abrahamum Calouium, qui eam suam fecit in Bibl. illustr. ad h. l. Bernhard. von Sanden in quaest. bibl. ex I. libro Moysis pag. 57.

(d) Fount eam plures interpretum. Inter ueteres est Io. Chrysostomus, qui Homil. XVIII. in Genes. uerba ita transfert: *επιπρομηνη ανθρωποι δια της θεου* additque: *εχ' η φυσις, φησι, το παιδιον μοι εγκριτατος, αλλ' η ανωθεν χαρις δεδωρηται.* Euseb. Hieronymus Strid. in quaest. in Genes. ad l. h. quibus addere possumus uers. Chald. Onkelosi, quae particulam אֵן uertit קִים מן Syriacam, quae pro ista uoce ponit ܐܢ , Samaritanam, quae substituit אין & Arabicam, quae eam transfert per ان . Inter nouos sunt Erasmus Marbachius, Leonardus Marinius, Pererius, Io. Caluinus, Iacob Bonfrerius in commentariis ad h. l. In primis autem hanc

quod penitius inquirere proposuimus, nempe ad translationem Ionathanis b. Vsiel ad h. l. quam pro sua stare sententia iactitant primae in primis sententiae defensores. Ut autem, quid sit statuendum recte iudicare queamus, ipsa depromamus uerba, quae ita fluunt:

ואדם ירע ות חוה אתחיה דהוה חמירה למלאכה ואעריאת וילידת ית קין ואמרת קנתי לגברא ורת מלאכה דתי:

Haec sequentem in modum uertere solent: & Adam cognouit Chauam uxorem suam, quae desiderans (istius e) angeli & concepit & peperit

A 3

rit

sententiam defendunt Iudaei, uti ex commentariis Raschi & Salomonis b. Melech adparet, uarias autem rationes horum uerborum suppeditantes. Curiosa est, quam Abarbanel ad h. l. ita profert: ולי נראה שאמרה כן להתפאר שאם בפעם ראשונה האשה נקבת ונעשת מהאיש עצם מעצמו ובשר מבשרו עתה נעשה האיש קין מן האשה חוה אמו בעורת האל יתברך ואין מעלה א"כ ענין לזכר על נקבה באמרו שהאשה יצאה מהאיש כי הנה גם עתה יצא גם האיש מן האשה והיו קניתי איש את יי שיחסה h. e. mihi autem uidetur, illam hoc dixisse ad gloriose se efferendum, quod, quamuis priori uice mulier esset acquisita ac facta ex uiro os ex ossibus eius & caro ex carne eius, iam factus sit uir Cain ex muliere Chaua matre sua cum auxilio Sancti Benedicti, adeoque nulla amplius post hoc sit praerogatiua maris super feminam, quando diceret, mulierem produisse ex masculo, quia etiam nunc uir prouenisset ex muliere. Et hoc inuoluit illud: acquisiui uirum cum Deo, quod sibi ipsi, non autem patri suo illum attribuit.

(e) Hoc addit Abr. Calouius in bibl. illustr. ad h. l.

rit Cainum & dixit: adepta sum uiro (meo f)
l. uirum g,) angelum Iehouae.

§. 3.

Nolumus hic recensere supersticiosas Iudaeorum de Ionathane fabulas, quippe cum instituti nostri non est, tum etiam alii hoc perfuncti sunt labore h). Aliud nobis considerandum est caput, quod, si euictum erit, multum sententiae nostrae, quam deinde profereamus, addet ponderis. Orta scilicet inter eruditos est quaestio, an celebratus Iudaeis Ionathan b. Vsiel conscripserit hodie extantem pentateuchi translationem? Ansam dubitandi praebuerunt criteria quaedam intrinseca, non obscure de uersionis nouitate testantia, quin & Talmudistarum testimonium i), quamuis

(f) Ita Christophorus Heluicus in Tract. de Chald. Bibl. Paraphr. pag. 33. Nam terminatio Chaldaeorum א faepius ponitur pro Ebraeorum Suffixo ך. Conf. Henr. Opitii Chaldaismus Targ. Rabb. pag. 55.

(g) Sic Sebast. Schmidius l. c.

(h) Iulius Bartoloccius in Bibliothecæ magnæ Rabbinicæ Tom. III. a pag. 788. seqq.

(i) Extat illud Megillah fol. 3. a. lin. 7. ubi tantum mentionem iniiciunt תרגום על Targum super Prophetas dicentes: של ררגום של ררגום בניאים יורגן בן עויאל אמרו מפי רגי ובריה ומלאכי super prophetas Ionathan b. Vsiel dixit ex traditione Chagai, Sachariae & Malachuae. Sine dubio autem etiam annotassent Targum super Pentateuchum, si quod extitisset. Nam in seqq.

uis huic alia Rabbinorum aduerfentur k).

§. 4.

Accedamus itaque ad ponderandum argumenta, quibus uetustas ac auctoritas huius libri infringitur. Primum est, quod talia in eo deprehenduntur, quae longe post Ionathanis aetatem euenerunt. Exemplo sit locus, qui occurrit Num. xxiv. 19. ubi hunc in modum commentatur : יקום שלוש מרבית יעקוב ויבך וישויו שזכותה רמשהיר מין קושמינטיני קרת חייבתאום' h. e. & surget dominus ex domo Iacobi & perdet diripietque reliquias, quæ relictæ sunt de Constantinopoli urbe scelerata. Mentio hic fit, uti alii etiam in locis l), Constantinopoleos, quæ nomen a suo restauratore Constantino Imperatore accepit, cum antea Byzantium audiuerit. Cum autem instaurationis illius demum a. p. c. n. cccxxx. fuerit absoluta m) istam longe post Ionathanis obitum hoc nomen

dicunt, illum etiam uoluisse luci exponere Targum super כתובים exiisse autem בת קול atque dixisse ריך h. e. satis est.

(k) Collegit illa Barroloccius l. c.

(l) Vid. v. 4. h. cap. Sic etiam occurrit Pf. 108. 1. Vnde non improbabiliter, praesertim si stilus etiam consideretur, colligitur, eundem auctorem Translationis Pentateuchi & librorum, qui כתובי uocantur, esse.

m) Testatur hoc Petavius in Rationario temporis lib. VI. p. 266.

nomen sortitam esse patet. Tradunt enim Talmudistæ illum inter Hillelis, qui principatum suum 100 annos ante templi secundi excidium gessit n), discipulos fuisse praestantissimum o), adeoque illud tempus uita non potuit attingere. Manifestum igitur hoc nouitatis signum est.

§. 5.

Excipit autem Heluicus, morem hunc esse Iudaeorum dicta doctorum ad sua adplicare tempora, ac pro nominibus tunc usitatis alia noua substituere p). Exempli loco exemplar partis Talmudicae, quod Iudaeus possedit, inducit, in quo illum uaria ita mutasse perhibet. Sed leuiora haec sunt, quam quae argumentum illud tollere queant. Nam doce-

rene

dicens: Eo imperatore Byzantium instauratum est, ac pene totius orbis locupletatum est spoliis, sic ut Romam exacquaret, eum imperii sede conditoris nomen accepit. Eam V. Id. Marias a. CCCXXX. dedicatam prodit in fastis Idatius. Lege autem lata, & in lapideam columnam incisa, nouam Romam appellare iussisse Socrates refert.

- (n) Sic refertur in צמח רו"ר pag. 84. edit. Vorfianae.
 (o) Succa fol. 28. a. lin. 19. dicitur: תלמידים היו לו להלל; & lin. 21. דורל
 hoc est octoginta discipuli fuerunt Hillelo; & lin. 21. דורל
 בן עזריאל שבכולם יותר בן עזריאל h.e. maximus inter omnes fuit Ionathan
 Ben Vfiel
 p) Cap. 11. pag. 10. Tr. cit.

rene poterit, ista, quae Iudaeus explicationis gratia adscripserat, substituta deinde esse in aliis Talmudis editionibus? Quin immo, quamuis concedere uellemus, positum fuisse a quodam nomen Constantinopoleos pro alia urbe; num inde uniuersalis codicum potuit oriri corruptio? Cum uero omnes codices hanc agnoscant lectionem, sua sponte haec corruit exceptio.

§. 6.

Annotandus uero porro uenit locus, qui extat Exod. xxxiii. 9. ita sonans: ותלפף ית חמש ירוען לחרור כל קבל חמשה ספרי אורות וית שית ירוען לחרור כל קבל שית סדרי מתנתה. h. e. & coniungat quinque aulaea seorsum iuxta quinque libros legis, & sex aulaea seorsum iuxta sex ordines Mischae. Haec autem absoluta demum est a. p. c. n. ccl' q) adeoque iterum longe post Ionathanis obitum. Vnde omnino conficitur, auctorem huius translationis eam diu, postquam Ionathan suam confecerat, in supplementum quasi huius conscripsisse.

B

§. 7.

(q) Ex Iudaeorum scriptis hoc probat Eisenmengerus in *Judaism* det. c. VIII. part. I. pag. 294.

§. 7.

Hisce accedit ipsius stili a Targum super prophetas, quod Ionathani communi tribuitur consensu, diuersitas. Non enim solum in hoc auctor multo est prolixior; uerum etiam fabulas Iudaeorum admiscet putidissimas. Euoluat, cui placet, Genes. I. 24. r) III. 7. s) XXIX. 25. t) XXXIII. 4 u) Num. XXI. 36. x) XXII.

28.

- (r) Ibi enim dicit: ואמר אלהים למלאכי ארמשיין קומו וכו' h. e. & dicit Deus angelis, qui seruiebant coram eo &c. adeoque perinde ac alii quidam Iudaei e. g. Raschi ad h. l. hoc ira explicat, ac si Deus consultationem de primo homine condendo cum angelis instituisset. Melius docet B. Danzius in diff. de diu. inter coaequales de primo homine condendo de liber.
- (s) Lepidam ibi affert fabulam de uestimentis protoplastorum ex materia unguibus simili confectis, quibus eos durante Sabbatho indutos fuisse Iudaei perhibent. vid. ספר לבטוב in הלכות הבדלה fol. 25. b.
- (t) Alludit his ad historiam, quo Iudaei explicare student, quo modo factum sit ut deceptus fuerit Iacob neque agnouerit Leam. Ducunt enim illum Raheli quaedam signa dedisse, ex quibus eam cognoscere ueller; hanc autem illa Leac indicasse. Vid. Baba Bathra fol. 123. a. lin. 39. feqq. & Megillah fol. 13. b. l. 16.
- (u) Ridicule ibi dicit: ראיתמומו ליה ויעקב בכא על צערא דצווריה: מלת וישקרו נקוד לבר השין שבו אינה נקודה: והיו כאלו כתיב ויקרו לשון הקרה את שיניו שהיו בדעתו: ה. e. uox וישקרו est punctata praeter Schin, quod nullo puncto est notatum, adeoque est, quasi scriptum sit ויקרו obtusi sunt. Denotat nimirum, obtusionem dentium ipsius, quia cum uolebat mordere
- (x) Commentum affert de Ogo, quomo Io Israelitas occisurus punitus fuerit a Deo. Referunt illud etiam Talmudista Berachoth. fol. 55. b. lin. 17. feqq.

28. y) ubi fat graues deprehendet errores. Scimus quidem, etiam quaedam in Targum super prophetas obseruata esse, quae fabularum speciem prae se ferunt z). An autem quaedam illorum non methaphorice fortassis sint explicanda aa) doctis lectoribus diiudicandum relinquimus. Acedit aetate Ionathanis iam tenebris inuolutam fuisse neque pristino suo amplius splenduisse nitore uerā & caelestem doctrinam bb), ut adeo plane non sit mirandum, quod Ionathan etiam quaedam falsa admiscuerit. Manet interim diuersitas, si obseruatur, in Targum super pentateuchum multo frequentius occurrere tales fabulas, quam in illo, quod super נביא extat.

§. 8.

Eiucta translationis in pentateuchum nouitate ostensoque fabuloso auctoris genio, nemi-

B 2

ni

- (y) Meminit ibi decem rerum, quas uespera Sabbathi creatas esse Iudaei fingunt. uid. Aben Esra ad I. cit. פירי אביר cap. 5.
- (z) Vid. Vorstii obseru. ad Chronol. David Ganz. pag. 281.
- (aa) Excedunt sane quidam Christianorum modum, taliaque etiam Iudaeorum dicta ad litteram explicant, quae illi non nisi methaphorice intelligenda uolunt. Fuit enim mos ille parabolice loquendi tam familiaris, ut Christus ipse eo quibusdam in locis fuerit usus. Quemadmodum autem ridiculum foret Aesopum, uel alios huiusmodi libros ad litteram intelligere, ita eadem absurditas in eos cadet, qui omnes Iudaeorum historias nude explicare uolunt.
- (bb) De hoc enim iam suis temporibus conqueritur Iesaias Cap. XXIX. 13.

ni mirum uidebitur, nos etiam in commate §. 2. allegato fabulam erroremque satis periculofum inuenire; mirabitur potius quisque, uiros doctos ita fuisse delufos, ut sterco pro auro affumferint. Ne autem dicere aliquid, non uero probare uideamur, accingamus nos, ad dicta illa penitius consideranda. Prima uerba, quae attentionem merentur, sunt:
 ; וְיָאֵם יָדַע אֵת חוּה אֲתָתִיָּה דְחוּה חַמְרָה לְמִלְחָמָה h. e. Adam autem cognouit Chauam mulierem suam, quae appetebat angelum quemdam. Quinam uero est ille angelus? Respondent: Messias. Hunc, aiunt, appetiuisse maximeque desiderasse Chauam, hocque auctorem uoluisse indicare.

§. 9.

Sed, quis credet homini ita fabulis inhaerenti hoc incidisse? Certe auctor uoce מִלְחָמָה remittit nos ad praecedentia, ut uideamus de quonam angelo sit loquutus. Hac ex ratione silentio etiam nomen ipsius praeterit. Numquam uero in antecedentibus mentionem fecisse inueniemus Messiae sub nomine angeli. E contrario Genes. III. 6. de muliere dicit:
 וַיִּרְאֵהָ וַיֹּאמֶר חַמְרָה הִיא וְחַמְרָה אֲתָתִיָּה יְהוָה אֱלֹהֵי הָאָדָם וְכִי מִלְאָךְ מוֹתָא וְכִי h. e. & uidit mulier Samaelem angelum mortis &c. Hic igitur est angelus, quem appetiuisse Chauam in nostro

nostro commate dicit. Vidit hoc R. David Sacharia dictus Mendel, qui in anotationibus suis cc) ad Targum hoc tali modo mentem auctoris explicat: פירוש ידע הבין שלא היה דמותו מהחיתונים אלא מעליונים לכן ידע שהמלאך סמאל נתאוח פירוש ידע הבין שלא היה דמותו מהחיתונים אלא מעליונים לכן ידע שהמלאך סמאל נתאוח h.e. explicatio uocis ידע est: intellexit similitudinem ipsius non esse de inferioribus, sed de superioribus. Inde cognouit angelum Samaelem appetiuisse eam atque concubuisse cum ista. Et haec est explicatio uocum איש אה יי sc. acquisiui uirum cum angelo.

§. 10.

Vt autem pateat, quinam uerborum sit sensus, paucis Iudaeorum recensēbimus fabulam. Tradunt scilicet Samaelem adamasse Chauam, quin immo cum ea concubuisse, & ex concubitu hoc Cainum esse genitum, Adamumque uoluuisse occidere & eam in uxorem ducere. Probant hoc uerba Talmudis dd) ita sonantia: וכן מצינו בנחש הקדמוני שנתן עינו במה שאינו ראוי לו מה שביקש לא נתנו לו ומה שבידו כמלוחו ממנו אמר הק' בה אני אמרתי יהי מלך על כל בהמה וחיה ועכשיו ארור הוא מכל הבהמה ומכאן חזת השרה אני אמרתי יהלוך בקומה זקופה עכשיו על גזרנו ילך אני אמרתי יהא מאכלו

B 3

מאכל

(cc) Adiectae sunt editioni pentateuchi, quae prodit Hanouiae 1612. in 8tauo.

(dd) Extant Tractatu Sota fol. 9. b. ab init.

מאכל אדם עכשיו עפר ואכל הוא אמר אהרוג את אדם ואשא
את חוה עכשיו איכה אשית כינך ובין האשה בין זרעך
h. e. hoc deprehendimus apud ser-
pentem ueterem ee) quae delectata est aliquo,
quod non decet; quod quaesuit, non datum est
illi, quod habuit ablatum est ff). Dixit enim san-
ctus benedictus ille, ego dixi sis rex super omnes
pecudes & bestias, nunc autem maledicta sis
inter omnia pecora & bestias agri; ego dixi,
incedat statura erecta, iam super uentrem suum
eat; dixi, sit cibus eius sit sicut cibus hominis,
nunc puluerem comedat. Illa dixit: occidam
Adamum & sumam Chauam, nunc autem ini-
micitiam constituam inter te & mulierem, inter
semen tuum & semen mulieris. His adiunga-
mus, quae Raschi ad h. l. habet: נתן עינוי בחוה
ובא עליה והיינו דכתיב הנחש השיאני לשון השמיש
h. e. delectata est (serpens) Chaua &
con-

(ee) Ita uocari Samaelem probat Eisenmengerus & plura etiam lo-
ca huc concernentia profert C. XVIII. part. 1. pag. 822. & C.
II. part. 1. pag. 99. Iudaisin. detect. Hæc uero denominatio
quodam modo conuenit cum ea, quam Ioannes ad historiam
lapsus sine dubio etiam alludens ponit Apocalypf. XX. 2. ubi
Diabolum דִּי עֲשָׂו דִּי אֲסָפְסֵיפּוֹס adpellat.

(ff) Conuenire uidetur effatum Talmudistarum, ad quod illustran-
dum hoc exemplum de serpente adduxerunt, quodammodo
cum dicto Christi Math. XXV. 27. ita enim dicunt f. cit. col. a.
ad fin. הנותן עינוי במה שאינו שלו מה שבוקש אין נותנים לו ומה.
h. e. quicunque appetit aliquid, quod non
est illi (licitum), quod quaerit, non dant illi, & quod illi
est sumunt.

concubuit cum illa. Illud est, quod scriptum extat Genes. III. 13. serpens decepit me. Vox enim ונשתי significat concubitum & desponsationem.

§. II.

Haec Judaeorum fabula ita percrebuit, ut non patribus gg) solum fuerit cognita, sed etiam ex ea tamquam fonte aliae fabellae a quibusdam ceu riuuuli sint deductae. Inde sane orta uidentur, quae in fragmento ex primo libro Henochi de permixtione angelorum cum filiabus hominum referuntur hh), & quae Muhammedani tum de diaboli colloquio cum Chaua ii) tum de

(gg) Notam e. g. eam fuisse Epiphanio uidere possumus ex loco, quem Fabricius in Codice Pseudepigrapho V. T. pag. 97. attulit. Adiciamus uerba huc pertinentia: στεροι δε παλι μυθοι λεγουσι οι τριτωι στι, φησιν, ο Διαβολος ελθων προς την Ευαν συνηφθη αυτη ως ανηρ γυναικι και εμνησεν εξ αυτη τον τε Και και τον Αβελ.

(hh) Dicitur ibi: & factum est, cum multiplicati fuissent filii hominum, nataeque ipsis filiae pulchrae & decorae, ut earum amore flagrarent Egregori (angeli) & unus alterum seduceret, inter se ita loquuti: Eligamus nobis uxores e filiabus hominum terrae. In seqq. perhibetur 20. principes angelorum fuisse, quorum decimus quintus Samiel uocatur, qui forte ipse est Samael. Plura si legere uis confer ipsum fragmentum, quod extat in Bangii Caelo orientis exercit. I. p. 25. seqq. & in Fabricii Cod. Pseudepigr. V. T. pag. 179. seqq. Eo recidunt quoque, quae Clemens Alexandrinus profert Strom lib. III. pag. 450. dicens: ηδη και αγγελοι πιευσ ακροασις υποκεινοι επιθυμια αλογις υμνησθαι καλιστα ψευδισιν.

(ii) Dicunt enim Abdol Harethum, quod nomen daemoneis cuiusdam est, uenisse ad Chauam grauidam atque quaesuisse ex ea, num sciret quid gestaret in uentre suo. Hoc Chauam timore percussam indicasse Adamo. Rediisse autem postea illum daemoneum atque dixisse; se rogasse Deum, ut concederet illi creaturam similem, facilemque largiretur partum, sed eam hunc natum adpel-



de incontinentia angelorum Harut & Marut
kk) fingunt.

§. 12.

Ex his igitur adductis non primi solum commatis
sensus constabit, sed & alterius, quod ita fluit קינתי
ויי לגברא ית מלאכה ריי h. e. sumfi ll) in uirum angelum
Iehouae. Nolumus autem adprobare uersionem R.
Dauid Sachariae dicti Mendel, quam §. 9. adduximus,
quippe praefixum ל tamquam notam accusatiui & ית
per עם uertit, quod utriusque significationi repugnat,
quamuis posterior etiam uox nonumquam pro ista
praepositione posita esse uideatur mm). Sequimur po-
tius ubique ordinarias significationes uocum, atque
ל ad analogiam constructionis, quae in Targum su-
per Ruth IV. 10. occurrit, quaeque haec est: קינתי
לי לאנתר h. e. acquisiui mihi in mulierem, exprimimus
per: in, ית uero Ebraeorum ית correspondens tam-
quam accusatiui notam, uertimus. Sensus igitur au-
ctoris hic est: quod Chaua amauerit atque desidera-
uerit angelum Samaelem & postquam grauida facta
fit ab eo atque in lucem ediderit Cainum, gloriata
quasi fuerit de marito suo, quod angelus Dei fit.

iare debere Abdol Harethum. Confer. Hottingerus in histor.
Orientali l. 1. c. III. pag. 24.

- (kk) Fingunt duos hos angelos fuisse missos ad exercendum iudicium
super terra. Venisse autem Venerem sub forma mulieris pul-
cherimae, eosque erga eam exarsos esse; illam autem auolasse
iterum & hos etiam ad coelum rediisse, sed prohibitos esse ab in-
gressu. Confer. Maraccius in refut. Alcorani pag. 44. col. 1.
(ll) Ita Talmudistae uocem explicant. Nam Tract. Kidduschim fol. 1.
a. ad fin. dicunt: קינתי אקרי קינתי i. e. sumtio uocatur קינתי
(mm) Obseruauit hoc Buxtorfius in Lexico Chald. Talm. Rabb. p. 993.

4
Fol 1297

ULB Halle


3


003 006 867



f
SB







25

פירוש התרגום יונתן
בן עוזאל

H. E.

EXPLICATIO
VERSIONIS IONATHANIS B. VSIEL
ADGENES. IV. 1.

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

WILHELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, COMITE SAYNAE
ET WITTGENSTEINI RELIQVA

AMPLISSIMAE FACVLTATIS PHILO-
SOPHICAE INDVLTV

AD D. VII. SEPT. ~~1794~~ CIO 1800 XXXIX.

PRAESIDE

IO. PETRO SCHWARZIO

PHILOS. MAG.

PVBICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIET *y.*

RESPONDENS

IO. CHRIST. WILHELMVS KESSLER

S.S. THEOL. STVD. ZIEGENRVCKA-VARISCVS

IENAE, LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.

